religiosi et seculares jurabant se ser-
vaturos:
Ego confiteor me tenuisse et tenere
fidem katholicam et credere ac tenere,
quod credit, tenet et docet sancta mater
ecclesia et credidisse et adhuc firmiter
credere, quod non spectat ad imperatorem
papam seu summum pontificem de-
ponere et alium eligere, sed hoc hereti-
cum reputo et heresim dampnatam per
ecclesiam predictam. Insuper ad sanc-
ta dei evangelia iuro, quod stabo et pa-
rebo mandatis domini nostri Clementis
pape, divina providentia pape sexti, et
ecclesie romane super illatis iniuriis,
contumaciis et rebellionibus, fautoriis
et aliis, implicite et explicite per me
commissis, confessatis et non confessatis,
ac ceteris penis, quas incurri ab homine
vel a iure propter premissa vel ea tan-
gentia, et quod eidem domino pape
eiusque successoribus canonice intran-
tibus fidelis ero de cetero eisque debitam
reverentiam et obedientiam exhibebo.
Domino preterea Karolo, regi romano-
rum tamquam regi romanorum, per
eandem ecclesiam approbato, obediam
et parebo. Et relicte et filiis quondam
Ludovici, quamdiu in rebellione ipsius
ecclesie perstiterint et prefato domino
Karolo regi non obedierint ac hereticis